Berthold Otto's

Tirocinium Livianum

Zweites Heft

Livius' römische Geschichte

(IV—IX)

Lateinische Vorbereitung und Text
(Auch als 25. Lateinbrief erschienen)

Preis 50 Pfg.

Berlin - Lichterfelde
Verlag des Hauslehrers
1913.

Anmerkung.

In den Vorbereitungen ist die Kenntnis der Formenlehre, des acc. c. inf. und des abl. abs. und ein geringer Vokabelschatz als bekannt vorausgesetzt. Für die wenigen Fälle, wo die reichlich unter den Text gesetzten Vokabeln nicht genügen, wird das Taschenwörterbuch von Prof. Dr. H. Menge, Lateinisch-Deutsch, Langenscheidtsche Verlagsbuchhandlung, Berlin-Schöneberg (Preis gebd. 2 Mk.), empfohlen, das übrigens zur Lektüre aller Schulschriftsteller ausreicht. Beim Aufschlagen ist zu beachten, daß jedes Substantiv im Nominativ Singular, jedes Verb im Einsprecher der Jetztzeit (der ersten Person Singular des Präsens Indikativ) aufgeführt ist, also lapid-es unter lapis, laniare unter lanio (zerfleischen).

Man übersetze die Vorbereitung mehrfach durch, bis man nicht mehr nach den Vokabeln unter dem Text zu sehn braucht. Am besten ist es, wenn man den Sinn ganz lateinisch erfaßt, ohne Vermittelung der deutschen Sprache. Erst wenn man die Vorbereitung gründlich durchgearbeitet hat, wage man sich an den Text. Die Übersetzung des Liviustextes gelingt fast überall leicht; wo das nicht der Fall sein sollte, da muß man noch einmal auf die Vorbereitung zurückgehn.

Vorbereitung zu Livius' römischer Geschichte.

Sed fata imperabant, ut urbs Roma oreretur. Origo tantae urbis debebatur[1] fatis. Imperium Romanum erat maximum secundum[2] opes deorum. Principium[3] huius imperii debebatur fatis, ut opinatur[4] Livius. Mars deus Vestalem vi compressit[5]. Sic virgo Vestalis uxor[6] Martis facta est. Rea Silvia geminos[7] peperit[8], vel, ut ait Livius, Rea Silvia geminum partum edidit[9]. Interrogabant[10] Latini, quis pater puerorum esset. Tum Rea Silvia Martem nuncupat[11]. Livius hoc non credere videtur. „Seu Rea ita rata est[12], inquit Livius (Martem patrem esse), seu deus honestior[13] auctor culpae[14] esse videbatur[15]. Propterea cum geminum partem edidisset, Martem incertae[16] stirpis patrem nuncupavit." Sed Amulius rex crudelis[17] erat. Nec dii nec homines Ream a crudelitate regia vindicant[18]; nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant. Sacerdos[19] vincitur[20]; sacerdos vincta in custodiam[21] datur. Praeterea rex iubet[22] pueros in aquam profluentem mitti[23].

Sed Tiberis flumen super ripas[24] effusus[25] erat. Viri, qui pueros in aquam mittere volebant, ad cursum iusti[26] amnis adire non poterant. Sic pueri servati sunt. Nescimus utrum[27] dei pueros servaverint an fors[28] quaedam pueros servaverit; nescimus utrum Tiberis divinitus[29] an forte quadam super ripas effusus sit. Livius utrumque dicit: Tiberis forte quadam divinitus super ripas effusus erat. Aqua, quae non celeriter fluit, vocatur stagnum[30]; haec aqua languida[31] et lenis[32] est. Tiberis lenibus stagnis effusus erat. Viri, qui pueros mergere[33] volebant, ad cursum iusti amnis adire non audebant, sed sperabant pueros hac aqua — quamvis[34] languida — mergi posse. Sed hoc loco Livius non dicit „pueros", dicit „infantes",

---

1 wurde geschuldet. 2 nach. 3 Anfang. 4 meinen. 5 comprimo zusammendrücken, umarmen. 6 Gattin. 7 Zwillinge. 8 pario, peperi, partum geboren. 9 edo herausgeben. 10 fragen. 11 nennen. 12 reor meinen. 13 ehrenvoller. 14 Schuld. 15 scheinen. 16 ungewiß. 17 grausam. 18 befreien. 19 Priester (-in). 20 vincio, vinxi, vinctum fesseln. 21 Bewachung, Gefängnis. 22 befehlen. 23 schicken. 24 Ufer. 25 effundo ausgießen. 26 richtig. 27 zu übersetzen durch „ob". 28 Zufall. 29 von den Göttern her. 30 Stauwasser. 31 schlaff. 32 sanft. 33 untertauchen, ertränken. 34 wenn auch; eig. „wie du willst".

quia pueri nondum[1] fari[2] poterant. Ergo viri infantes ad aquam ferebant; ferentibus aqua quamvis languida spem dabat infantes mergi posse. Itaque hi viri tali modo fecerunt, quod rex imperaverat, vel, ut ait Livius „imperio regis defuncti sunt[3]“: Pueros exponunt in proxima eluvie[4], ubi temporibus Livii ficus[5] Ruminalis erat. (Rumam vel rumen vel mammam Romani vocant pectus[6] mulieris, in quo lac[7] inest.) Sed ferunt[8] hanc ficum antea Romularem nominatam esse. Livii temporibus haec ficus in media urbe erat, ubi semper multi homines erant. Sed temporibus Amulii et Numitoris his locis vastae[9] solitudines[10] erant. Locus, ubi flumen fluit, vocatur alveus[11] fluminis. Si aqua interdum fluit, interdum non fluit, dicimus „aqua fluitat[12]“. Si flumen in alveo fluitat, Latini dicunt „alveus fluitat“. Si flumen effusum est, alveus maior est. Sed aqua multis locis tenuis[13] est. Tum aqua tenuis celeriter alveum fluitantem destituit[14]. Tum alveus siccus[15] est. Aqua tenuis alveum fluitantem in sicco destituit. Circum ficum Ruminalem montes sunt. Ex his montibus lupa[16] venit, quia sitiebat[17]. Infantes, qui nondum fari possunt, vagiunt. Etiam hi duo pueri vagītum ediderunt. Hunc vagitum puerīlem lupa sitiens audivit. Lupa ad puerilem vagitum cursum flexit[18]. Sic fama tenet[19]. Lupa infantibus mammas submisit[20]; mammas submissas infantibus praebuit[21], ut bibere possent. Et lupa lingua lambebat[22] pueros; adeo mitis[23] erat lupa. Sic magister pecŏris[24] regii eam invenit[25]. Huic magistro nomen erat Faustulo. Ergo fama tenet lupam sitientem ad puerilem vagitum cursum flexisse, eam infantibus summissas mammas adeo mitem praebuisse, ut magister regii pecoris eam lingua lambentem pueros invenerit. „Hos pueros“, inquit, „uxor[26] mea educabit[27]“. Faustulus cum uxore ad stabula[28] habitabat[29]. Uxori nomen Larentiae erat. Sic pueri a Faustulo ad stabula Larentiae uxori educandi dati sunt. Sed semper fuerunt, qui miracula non crederent. Multi non credebant re vera lupam infantibus mammas praebuisse; hi dicebant: „Ipsa Larentia inter pastores vocabatur lupa, inde locus datus est fabulae et miraculo“. Nam lupa a Romanis femina vocatur, quae multos viros amat. Sic Livius narrat: „Sunt, qui putent, Larentiam inter pastores lupam vocatam esse“.

Ita geniti sunt pueri itaque educati sunt. Sed tum pueri adoleverunt[30] vel, ut ait Livius, aetas eorum adolevit. Pueri nec in stabulis nec ad pecora segnes[31] erant. Praeterea venabantur[32] feras; venando peragrabant[33] saltus[34]. Sed Livius hoc loco infinitivo historico utitur; non dicit „peragrabant“, dicit „peragrare“. Hinc[35]

---

1 noch nicht. 2 reden. 3 defungor aliqua re ich entledige mich einer Sache. 4 „Auswaschung“, Überflutung. 5 Feigenbaum. 6 Brust. 7 Milch. 8 sie berichten, „man sagt“. 9 ungeheuer. 10 Einsamkeit, Einöde. 11 Wanne, Mulde, wir sagen „Bett“. 12 hin und wieder strömen. 13 dünn. 14 verlassen. 15 trocken. 16 Wölfin. 17 dursten. 18 flecto biegen, lenken. 19 festhalten. 20 herunterschicken, also hinhalten. 21 darreichen. 22 lecken. 23 mild. 24 pecus Vieh. 25 finden. 26 Gattin. 27 erziehen. 28 Stall. 29 wohnen. 30 adolesco heranwachsen. 31 lässig. 32 jagen (wilde Tiere). 33 durchstreifen. 34 Gebirgstäler. 35 von hier.

robur[1] sumebant pueri; non solum corporibus hinc robur sumebant, sed etiam animis. Mox pueri bestias feras subsistebant[2], mox pueri etiam latrones[3] subsistebant. Latrones praeda onusti[4] erant. Pueri in latrones praeda onustos impetus[5] faciebant et ea, quae latrones rapuerant et quae pueri latronibus rapuerant, pastoribus dividebant. Sic in dies[6] grex crescebat. Pueri autem cum pastoribus crescente in dies grege[7] iocos[8] et seria[9] iuvenum celebrabant[10]. Sed Livius hoc loco semper utitur infinitivo historico, dicit „pueri feras subsistere, in latrones impetus facere, pastoribus rapta dividere et cum his seria ac iocos celebrare."

Deus gregum et pastorum Pan erat. Lycaeus est mons in Arcadia. Ibi Pan incolebat; propterea etiam Pan vocatur Lycaeus. Sed a Romanis Pan, quia lupos arcet[11], vocatur Lup-ercus. Romani et Graeci deis ludos vel ludicra celebrabant. Ludicrum, quod Luperco celebrabatur, vocabatur ludicrum Lupercăl. Hoc Lupercal etiam Livii temporibus erat. Nam Livius narrat: „Iam tum (temporibus Romuli et Remi) hoc Lupercal (quod nos celebramus) in Palatio monte fuisse ferunt." Pallantēum erat oppidum in Arcadia. A Pallanteo, urbe Arcadica, mons Romanus Pallantium, dein[12] Palatium appellabatur. Ibi Euander sollemne[13] instituit, quod ex Arcadia afferebat. Euander e genere Arcădum erat (Arcădĕs in Arcadia habitabant). Euander multis tempestatibus[14] ante haec loca tenuit. Euandrum ferunt sollemne allatum ex Arcadia instituisse, ut nudi[15] iuvenes currerent. Hoc faciebant iuvenes, Lycaeum Pana[16] venerantes[17] per lusum et lasciviam[18]. Pan non solum Lupercus, sed etiam Inuus vocatur. Huic ludicro iuvenes se dedunt[19]. Sed hoc sollemne notum erat. Etiam latrones noverant hoc sollemne. Latrones irascebantur[20], quia praedam amiserant[21]. Ob[22] iram praedae amissae latrones pastoribus insidiati sunt[23]. Latrones insidiati sunt iuvenibus ludicro deditis. Romulus, alter fratrum, vi se defendit; alterum fratrem, Remum, latrones ceperunt et regi Amulio tradiderunt et ultro[24] accusaverunt.

Latrones, qui Remum ceperant et regi Amulio tradiderant, hoc dixerunt: „Hic iuvenis saepe impetus[25] fecit in agros Numitoris; hic iuvenis multos alios iuvenes collēgit[26]; manum[27] magnam iuvenum hic iuvenis collegit; collecta iuvenum manu[28] hic praedas[29] egit, sicut hostes faciunt; hostilem in modum praedas egit ex agris Numitoris et aliorum hominum. Propterea eum accusamus; hoc ei crimini[30] damus." Ergo latrones maxime crimini dabant impetus ab iis (a Romulo et Remo) fieri[31] in agros Numitoris; inde[32] eos praedas agere. Tum Amulius dixit: „Dedo[33] hunc iuvenem Numitori ad supplicium[34]."

---

1 Stärke. 2 bestehn. 3 Räuber. 4 belastet. 5 Ansturm. 6 von Tag zu Tag. 7 abl. abs. 8 Scherz. 9 Ernstes. 10 feiern. 11 abwehren. 12 darauf. 13 Fest. 14 Zeit. 15 nackt. 16 griechischer Akkusativ. 17 verehren. 18 Mutwillen. 19 widmen. 20 zürnen. 21 verlieren. 22 wegen. 23 auflauern. 24 noch dazu. 25 Ansturm, Angriff. 26 colligo zusammenlesen. 27 Hand, Mannschaft. 28 abl. abs. 29 Beute. 30 „zur Beschuldigung". 31 Passiv zu facere. 32 von da. 33 übergeben. 34 Todesstrafe.

Numitor autem non statim necat[1] Remum, sed eum in custodia habet. Audit Numitor, Remum non solum esse, geminos esse fratres. Numitor meminit nepotum, filiorum filiae. Numitor comparat aetatem[2] eius, quem in custodia habebat, cum aetate nepotum. Nam Remus pastoribus et servis minime similis[3] erat; indoles[4] Remi minime servīlis erat. Qui aliquid scire vult, quod nescit, is sciscitatur[5]. Etiam Numitor sciscitatur, ubi et quando Remus natus sit; nam memoria[6] nepotum Numitori animum tetĭgerat[7] comparando[8] aetatem et indolem Remi. Sic Numitor paene[9] iam Remum agnoscit[10]; Numitor non procul[11] erat, quin[12] Remum agnosceret. Eo[13] Numitor sciscitando[8] pervenit, ut haud[14] procul esset, quin Remum agnosceret. Sed etiam Faustulus pastor, qui Romulum et Remum pueros invenerat, iam tum haud procul fuerat, quin pueros agnosceret. Nam sciebat infantes iussu[15] regis expositos esse; sciebat, quo tempore infantes expositi essent. Hoc tempus congruebat[16] ad id ipsum tempus, quo Faustulus pueros sustulerat. Propterea Faustulus iam ab initio speraverat, pueros Numitoris nepotes esse, pueros regiam stirpem[17] esse; Faustulo spes fuerat, regiam prolem apud se educari. Sed Faustulus noluerat rem aperire[18] nisi[19] aut per occasionem[20] aut per necessitatem[21]. Sed necessitas prior venit, quia Remus captus erat; ita metus Faustulum subegit[22], ut Romulo rem aperiret. Dum Faustulus metu subactus hoc facit, forte et[23] Numitor Remum paene agnovit. Ita Amulio regi undique[24] dolus[25] nectitur[26]. Romulus pastores iussit ad regiam[27] venire. Sed Amulio regi multi milites erant, Romulo non multi pastores erant; Romulus non par[28] erat ad vim apertam[29]. Propterea Romulus non cum globo[30] iuvenum ad portam venit, sed Romulus pastores iussit alios alio itinere ad regiam venire. Romulus pastores iussit certo tempore ad regiam venire. Romulus aliis pastoribus alio itinere certo tempore ad regiam venire iussis[31] impetum[32] facit ad regem. Hoc facit Romulus. Remus adiuvat a domo Numitoris; nam ibi Remus et Numitor aliam manum[33] comparaverant. Ita obtruncant[34] Amulium. Truncus[35] is vocatur, cui caput deest aut manus aut bracchium aut pes aut alia pars corporis.

Sic magnus tumultus oritur. Cives terrentur tumultu. Inter primum tumultum Numitor dicit: Hostes invadunt[36] urbem; hostes invaserunt portas; venite in arcem, iuvenes; arcem obtinebimus[37] armis et praesidio[38]. Hoc Numitor non semel dixit, sed saepe dicebat vel dictitabat (dictitare est verbum frequentativum a verbo „dicere“). Sic Numitor pubem[39] Albanam a regia avocavit in arcem

---

1 töten. 2 Alter. 3 ähnlich. 4 natürliche Beschaffenheit. 5 sich erkundigen. 6 die Erinnerung an. 7 tango, tetigi, tactum berühren. 8 Gerundium, „durch Vergleichen“. 9 fast. 10 erkennen. 11 fern (davon). 12 daß nicht. 13 dahin. 14 nicht. 15 auf Befehl. 16 übereinstimmend (vgl. kongruent). 17 Stamm. 18 öffnen, bekannt machen. 19 wenn nicht. 20 Gelegenheit. 21 Notwendigkeit. 22 „runter treiben“, nötigen. 23 auch. 24 von allen Seiten her. 25 Arglist. 26 knüpfen. 27 (domum). 28 gleich (stark). 29 offen. 30 Haufen. 31 abl. abs. 32 Ansturm. 33 Mannschaft. 34 niedermetzeln. 35 verstümmelt. 36 hineingehn in. 37 behaupten. 38 Schutz, Besatzung. 39 junge Mannschaft.

praesidio armisque obtinendam. Interea iuvenes, qui Romulum et Remum sequebantur, caedem[1] perpetraverunt[2]. Caede perpetrata iuvenes ad Numitorem pergunt[3] et ei gratulantur. Numitor, postquam iuvenes pergere ad se gratulantes vidit, extemplo[4] concilium[5] advocat. Advocato concilio Numitor ostendit[6] scelera Amulii in Numitorem, ostendit originem nepotum, ostendit, ut[7] geniti[8] essent, ut educati essent, ut cogniti essent, ostendit deinceps[9] caedem tyranni, ostendit, se (Numitorem) auctorem caedis esse. Repeto paucis[10], quid Livius dicat. Numitor dictitans hostes urbem invasisse, cum pubem in arcem avocasset, postquam iuvenes ad se (Numitorem) pergere vidit, extemplo advocato concilio scelera fratris et cetera[11] ostendit. Juvenes, qui Amulium obtruncaverant, agmine[12] ad Numitorem pergunt, agmine per mediam contionem[5] ingressi[13] sunt. Juvenes (Romulus et Remus) avum regem salutant. Vox multitudinis consentit[14]. Ex omni multitudine vox consentiens secuta est. Haec vox imperium ratum[15] efficit. Tum Numitor rex vocatur. Ergo vox consentiens regi etiam nomen ratum efficit.

Ita Numitori res Albana permittitur[16]. Sed Romulus et Remus urbem condere volunt in iis locis, ubi expositi ubique educati erant. Romulum et Remum cupido[17] cepit urbis condendae. Multitudo Albanorum et Latinorum supererat[18]; ad id pastores quoque accesserunt[19]. Propterea Romulus et Remus sperabant Albam parvam fore[20] prae[21] ea urbe, quam condere volebant. Multitudo Albanorum et Latinorum et pastorum hanc spem fecit. Haec cogitabant ambo iuvenes. Sed his cogitationibus intervenit cupido regni. Iam frater avi cupidine regni commotus erat; propterea cupido regni, quae Romulum et Remum tenebat, a Livio malum avitum appellatur. Inde certamen[22] foedum[23] ortum est. Sed principium[24] huius foedi certaminis satis mite[25] erat. Si alter fratrum maior natu est, is, qui minor natu est, fratrem maiorem veretur[26]; haec vere-cundia vocatur verecundia aetatis. Haec verecundia aetatis facit discrimen[27] inter fratres. Sed inter geminos verecundia aetatis discrimen facere non potest. Itaque nesciebant iuvenes, qui novae urbi nomen daret, qui urbem conditam imperio regeret. Itaque dixerunt: Dii, qui haec loca tuentur[28], dii, quorum tutelae haec loca sunt, auguriis[29] legunto, qui urbi nomen det. Qui auguriis uti vult, templo eget[30]. Itaque Romulus et Remus templa inaugurant[31]. Romulus Palatium capit, Remus Aventinum capit ad inaugurandum[32] templa. Palatium et Aventinus montes vel colles[33] sunt. Repeto: Quoniam[34] gemini essent, ut dii auguriis legerent, qui urbi nomen daret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

---

1 das Niederhauen. 2 ausführen. 3 weitergehn. 4 sogleich. 5 Volksversammlung. 6 zeigen. 7 wie. 8 gigno erzeugen. 9 darauf. 10 mit wenigen (Worten). 11 das Übrige. 12 Zug, Kolonne. 13 ingredior hineingehn. 14 mitempfinden, zustimmen. 15 rechtsgültig; „ratifizieren" kommt davon. 16 überlassen. 17 Begierde. 18 übrig sein. 19 accedo hinzukommen. 20 = futuram esse. 21 vor, im Vergleich mit. 22 Wettstreit. 23 häßlich. 24 Anfang. 25 mild, harmlos. 26 ehren, scheuen. 27 Unterschied. 28 schützen. 29 Vogelzeichen. 30 bedürfen. 31 einweihen. 32 Gerundium; Livius sagt „zum die-Tempel-einweihen". 33 Hügel. 34 da ja.

Duo fratres augurium exspectabant. Uter[1] prior[2] augurium accepit? Utri priori augurium venit? Remo an Romulo? Remo priori augurium venisse fertur[3]. Sex vultures[4] venerunt. Remus hoc augurium nuntiavit; tum Remum sua multitudo regem salutavit Sed iam nuntiato augurio[5] duodecim vultures ad collem Romuli venerunt. Cum duplex[6] numerus vulturum Romulo se ostendisset[7], etiam Romulum sua multitudo regem salutavit. Sic utrumque[8] sua multitudo regem salutaverat. Amici Remi dicebant: Nostri vultures tempus praeceperunt[9]; praecepto tempore regnum trahimus[10]. Amici Romuli dicebant: Nostrae aves numero plures sunt; numero avium regnum trahimus. Itaque illi praecepto tempore, hi numero avium regnum trahebant. Sic alteri[11] cum alteris loquuntur. Haec altercatio[12] vocatur. Sic cum altercatione congressi sunt. Utrique certabant[13] ira. Certamine irarum homines ad caedem vertuntur; in turba[14] Remus icitur[15]. Remus in turba ictus cecidit. Sic Livius ipse narrat. Sed etiam alia fama in vulgus[16] venit vel vulgatur[17]. Haec alia fama vulgatior est quam ea fama, quam Livius sequitur. Remus dicitur trans-siluisse[18] muros novos. Hoc Remus fecit, ut fratrem luderet[19]; hoc Remus fecisse fertur ludibrio[20] fratris. Ergo vulgatior fama est Remum muros transiluisse. Inde Romulus iratus erat; fama est Remum ab irato Romulo interfectum esse[21]. Praeterea Romulus verbis increpitavit[22]: „Sic deinde[23] morietur, quicumque[24] alius transiliet moenia[25] mea."

Haec Remus verbis increpitans adiecisse[26] fertur. Ita Romulus solus potitus est[27] imperio. Urbs condita nomine conditoris (Romuli) appellata est (Roma).

Romulus primum Palatium muni(v)it, in quo ipse educatus erat. Romulus diis sacra facit. Haec sacra Romulus Albano ritu[28] facit. Sed Romulus etiam Herculi sacra facit; haec sacra Romulus Graeco ritu facit. Nam haec sacra ab Euandro instituta erant[29] Graeco ritu. Narrat Livius, quemadmodum Euander sacra Herculis instituerit.

Hercules Geryŏnem regem interemerat[30] et boves eius secum in ea loca agebat. Hi boves mira[31] specie[32] erant. Tum Hercules Tiberim traiecerat[33]. Ipse Hercules navit[34], nando Hercules armentum[35] prae se egit. Qua[36] Tiberim traiecerat, Hercules procubuit[37]. Nam locus herbidus[38] erat; hoc pabulum[39] laetum[40] erat bobus. Hercules quiete[41] et pabulo laeto reficere volebat boves. Sed etiam ipse via fessus[42] erat. Repeto: Memorant Herculem Geryone inter-

---

1 welcher (von beiden). 2 als der frühere. 3 wird berichtet, „soll". 4 Geier. 5 abl. abs. 6 zweifältig, doppelt. 7 zeigen. 8 jeden (von beiden). 9 vorwegnehmen. 10 an sich nehmen. 11 die einen (von beiden Parteien). 12 Wortwechsel. 13 wetteifern. 14 Getümmel. 15 schlagen, treffen. 16 Volk, unregelmäßiger Neutralis (nom. und acc. sing. neutr.) auf s. 17 ins Volk bringen. 18 von salio, überspringen (auch mit einem s geschrieben). 19 verspotten. 20 zur Verspottung. 21 niedermachen. 22 schelten. 23 in Zukunft. 24 wer auch immer. 25 Mauern. 26 adiicio von iacio, hinzufügen. 27 sich bemächtigen (mit abl.). 28 Ritus, Weise. 29 einrichten. 30 niedermachen. 31 wunderbar. 32 Ansehn, Schönheit. 33 überschreiten. 34 schwimmen. 35 Großvieh. 36 wo. 37 procumbo sich niederlegen. 38 grasreich. 39 Futter. 40 froh, angenehm. 41 Ruhe. 42 ermüdet.

empto boves in ea loca abegisse ac prope Tiberim flumen procubuisse, qua prae se armentum agens nando traiecerat. Sed Hercules multum cibum[1] ederat et vinum biberat; cibus et vinum eum gravabant[2]; Herculem vino et cibo gravatum sopor[3] oppressit[4]. Cacus pastor accola eius loci erat. Hic Cacus ferox viribus erat. Cacus vidit boves pulchros. Cacus captus est pulchritudine boum. Cacus eam praedam avertere[5] volebat. Sic dicebat: „Possum armentum in speluncam[6] meam agere; possum agendo armentum in speluncam compellere[7]. Sed tum dominus boum quaeret boves. Dominus videbit vestigia[8]. Vestigia boum dominum in speluncam deducent[9]. Propterea aliter faciam. Non agam boves, sed traham. Non cornibus[10] traham boves, sed avertam; aversos boves cauda[11] traham. Unumquemque bovem cauda in speluncam traham. Si non omnes boves trahere potero, eximium[12] quemque[13] caudis in speluncam traham.“ Ergo Cacus, cum eam praedam avertere vellet, quia[14], si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves caudis in speluncam traxit.

Hercules ad primam auroram somno excitus[15] gregem perlustravit[16] oculis. Hercules numero sensit partem abesse. Tum Hercules pergit ad proximam speluncam, si[17] forte vestigia eo ferrent. Sed ante speluncam omnia vestigia foras[18] versa erant nec in aliam partem ferebant. Nam omnia vestigia in ea loca ferebant, ubi Hercules dormiverat. Tum Hercules confusus et incertus animi est. „Hic locus infestus[19] est“, inquit, „ex hoc loco infesto porro[20] agam armentum“. Iam occepit[21] armentum inde porro agere. Sed boves ipsae desiderabant[22] boves relictas. Itaque boves quaedam mugiverunt[23] ad desiderium relictarum. Tum ex spelunca reddita[24] est vox boum inclusarum[25]. Haec vox Herculem convertit[26]. Hercules ad speluncam vadit. Cacus Herculem ad speluncam vadentem vi prohibere[27] conatur[28]. Tum Cacus clava[29] Herculis icitur. Cacus clava ictus fidem pastorum invocat[30]. Nam amici fidi amicum adiuvant. Sed Cacus nequiquam[31] fidem pastorum invocat. Sic Cacus morte occubuit[32].

Tum Euander ea loca regebat. Euander Graecus erat; ex Peloponneso profugus erat. Non imperio regebat ea loca, sed auctoritate. Nam pastores admirabantur miracula, quae Euander attulerat[33]. Nam Euander litteras attulerat. Haec res nova erat inter pastores; nam hi pastores rudes[34] artium erant. Propterea pastores Euandrum venerabantur[35]; miraculo litterarum Euander pastoribus venerabilis[36] erat. Sed alia re Euander venerabilior erat. Nam cum Euandro mater venerat, nomine Carmenta. Haec Carmenta

---

1 Speise. 2 schwer machen. 3 Schlaf. 4 opprimo bewältigen. 5 abwenden, bei Seite bringen. 6 Höhle. 7 zusammenbringen. 8 Spuren. 9 hinabführen. 10 cornu Horn. 11 Schwanz. 12 ausgezeichnet. 13 quisque jeder. 14 weil. 15 vom Schlaf erwacht. 16 durchmustern. 17 ob. 18 nach außen. 19 feindselig, unheimlich. 20 weiter. 21 anfangen. 22 vermissen, ersehnen. 23 „muh“ machen. 24 wiedergeben. 25 einschließen. 26 umwenden. 27 fernhalten. 28 versuchen. 29 Keule. 30 anrufen. 31 vergebens. 32 erliegen. 33 affero herbeibringen. 34 ununterrichtet. 35 verehren. 36 verehrungswürdig.

fata dicere (vel loqui) poterat. Qui fata dicere (vel loqui) potest, vocatur fatilŏquus. Sic Carmenta fatiloqua erat. Qui fatiloquus est, is ab hominibus divinus[1] creditur. Sic etiam Carmentae divinitas ab hominibus creditur, et Euander venerabilior erat divinitate credita Carmentae matris. Post Carmentam Sibylla fatiloqua in Italiam venit. Sibyllam postea eae gentes miratae sunt[2]. Sed ante Sibyllae in Italiam adventum eae Carmentam fatiloquam miratae fuerant.

Ad hunc Euandrum pastores veniunt cum Hercule advena. Hercules reus[3] erat caedis manifestae. Trepidabant[4] pastores circa Herculem advenam. Concursus pastorum excitat[5] Euandrum. Euander excitus[6] concursu pastorum trepidantium circa advenam reum manifestae caedis audivit facinus[7] Herculis et causam facinoris. Euander intuetur[8] habitum[9] et formam viri. „Haec forma", inquit, „aliquantum[10] amplior et augustior[11] est humanā formā[12]". Euander concursu excitus postquam facinus audivit, formam viri intuens rogitat[13], qui vir esset.

Sic Euander accepit advenam Herculem nominari; accepit Graeciam patriam Herculis esse; accepit Herculem Jove natum esse. Tum Euander Herculi: „Salve", inquit[14], „Jove nate. Iam diu sciebam te venturum esse. Mater mea vera dicere potest; mater mea veridica est. Mater hominibus dicit, quid dii velint; mater hominibus interpretatur[15], quid dii velint; mater interpres[16] veridica deum (= deorum) est. Tu, Hercules, in caelum venies, fies deus caelestis[17]; augebis numerum caelestium. Nam mater mihi cecinit[18] te numerum caelestium aucturum esse. Hic, hoc loco, tibi ara dicabitur[19]. Mater mihi cecinit tibi hic aram dicatum iri. Hanc aram gens quaedam maximam vocabit. Haec gens olim opulentissima (op-ulentus est, cui multae opes sunt) in terris erit. Tibi tuus ritus[20] erit; gens opulentissima hanc aram tuo ritu colet". Haec gens opulentissima erat gens Romana. Haec Euander Herculi dixit. Hercules Euandro dextram[21] dedit. Dextra data Hercules dixit: „Omen[22] accipio; implebo[23] fata; conditote et dicatote aram". Ergo Hercules ait[24] ara condita et dicata se impleturum esse fata.

Ibi tum primum Herculi sacrum[25] factum est. Ad hoc sacrum bos eximia de grege capta est. Ad ministerium[26] et ad dapem[27] adhibebat[28] Euander duas familias inclitas[29], Potitios et Pinarios. Omnium familiarum, quae tum ea loca incolebant, hae duae familiae maxime inclitae erant. Ergo bove eximia capta de grege adhibitis ad ministerium et dapem Potitiis et Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loco incolebant, sacrum Herculi factum est.

---

1 göttlich. 2 miror bewundern. 3 Angeklagter. 4 unruhig herumlaufen. 5 aufregen. 6 erregt. 7 Tat. 8 anschauen (intuitiv). 9 „das Haben", die Haltung. 10 etwas umfassender. 11 erhabener. 12 abl. comparationis „als die menschliche Gestalt". 13 fragen. 14 inquit sagte (wird immer eingeschoben in die Rede). 15 auslegen, erklären. 16 Interpret, Dolmetscher. 17 himmlisch. 18 cano singen, prophezeien. 19 weihen. 20 Religionsgebrauch. 21 die Rechte. 22 Vorhersagung. 23 erfüllen. 24 sagt. 25 heilige Handlung, Opfer. 26 Dienst. 27 Mahl. 28 hinzuziehen. 29 angesehen.

Omnia, quae in corpore sunt, vocantur exta[1] vel viscera[1]. Etiam cor[2] et iecur[3] et pulmo[4] exta sunt. In hoc sacro, quod Herculi factum est, Potitii ad tempus praesto[5] erant. Itaque Potitiis exta apposita sunt et Potitii coeperunt exta edere. Sic Potitii exta ad-ederunt; exta a Potitiis adesa sunt. Extis adesis Pinarii ad ceteram dapem venerunt. Hoc institutum mansit, donec Pinarium genus fuit; Pinarii non edebant exta sollemnium[6] vel, ut ait Livius, institutum mansit, ne Pinarii extis sollemnium vescerentur[7]. Potitii autem ab Euandro edocti sunt, quemadmodum Herculem colerent; tum Potitii sacris Hercules antistabant[8]. Per multas aetates Potitii antistĭtes eius sacri fuerunt. Postea autem genus omne Potitiorum interiit; sollemne ministerium familiae servis publicis traditum est. Haec sacra Herculis erant. Haec sacra tum Romulus una[9] ex omnibus peregrina[10] suscepit. Hercules mortalis fuerat; Hercules immortalitatem virtute pepererat[11]. Ergo Herculis immortalitas virtute parta erat. Immortalitati partae ii homines favent[12], qui ipsi immortalitatem parĕre volunt. Etiam Romulus immortalitati partae favebat; etiam Romulus immortalitatis partae fautor[13] erat. Nam etiam Romulum sua fata ad immortalitatem ducebant.

Sic res divinae rite[14] perpetratae sunt[15]. Tum Romulus multitudinem ad concilium vocavit. Nam haec multitudo coalescere[16] debebat in corpus unius populi. Quomodo multitudo quaedam in populi unius corpus coalescere potest? Nulla re praeterquam[17] legibus. Propterea Romulus multitudini iura dedit rebus divinis rite perpetratis vocataque ad concilium multitudine. Sed homines, quibus Romulus iura dedit, agrestes (ex agris) erant. Homines agrestes dicuntur feroces esse. Jura non facile sancta sunt generi agresti hominum. Romulus dixit: Si me ipsum venerabuntur[18] homines, etiam iura mea hominibus sancta erunt. Venerabuntur me, si ego iis venerabilis esse videbor. Saepe non imperium nos venerabiles facit, sed insignia[19] imperii. Itaque ipse me venerabilem faciam insignibus imperii. Sumam habitum[20] augustiorem[21], sumam duodecim lictores[22]". Lictores ii homines vocantur, qui virgis[23] et securibus[24] homines puniunt. E virgis lictores fascem[25] faciebant; in medio fasce securis portabatur. Itaque Romulus cum[26] cetero habitu tum[26] maxime[26] lictoribus duodecim sumptis augustiorem se fecit ratus[27] iura ita[28] sancta fore generi hominum agresti, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset.

Sed cur Romulus duodecim lictores sumpsit? Cur hunc numerum? Fortasse Romulus numerum avium secutus est, quae augurio regnum portenderant[29]. Hoc alii putant; alii putant hunc numerum

---

1 Eingeweide, innere Teile. 2 cord- Herz. 3 iecinor- Leber. 4 Lunge. 5 zugegen. 6 zum Fest gehörig (d. h. Opfertier). 7 speisen. 8 vorstehn. 9 einzig. 10 fremd. 11 pario erwerben. 12 günstig gesinnt sein, sich interessieren für. 13 Begünstiger, Gönner. 14 richtig, ordentlich. 15 zustande bringen. 16 zusammenwachsen. 17 außer. 18 verehren. 19 Abzeichen. 20 Haltung. 21 erhabener. 22 Liktoren. 23 virga Rute. 24 Beil. 25 Bündel. 26 cum—tum maxime sowohl — als auch besonders. 27 glaubend (von reor). 28 nur so, nur dann. 29 darbieten.

ab Etruscis ductum [1] esse. Non solum numerum sed etiam ipsos lictores. Lictores et scribae et praecones [2] et viatores [3] vocantur apparitores [4]. Ergo lictores sunt genus apparitorum. Hoc genus et numerum multi putant ab Etruscis ductum esse. Nam Etrusci erant finitimi [5] Romanorum, et multa instituta Romana ab Etruscis ducta sunt. Consules, praetores, aediles Romani utebantur sella curuli [6]. Haec sella vocatur curulis, quia antea in curru posita erat. Haec sella curulis ab Etruscis ducta est. Romani togam induebant. Toga alba erat. Sed toga consulum, praetorum, aedilium curulium purpura praetexta [7] erat. Etiam toga praetexta ab Etruscis ducta est. Quia haec omnia ab Etruscis sumpta sunt, multis hominibus placet etiam hoc genus apparitorum et numerum ipsum ab Etruscis ductum esse. Etiam Livium haud [8] paenitet [9] eorum sententiae esse Etrusci ita habuerunt, quod duodecim populi erant. Ex his duodecim populis communiter rex creabatur [10]. Creato rege [11] (abl. abs.) singuli [12] populi singulos lictores dabant.

Interim urbs crescebat. Nam Romulus munitionibus alia atque alia loca appetebat [13]. Romulus sperabat multitudinem hominum maiorem fore. Propterea Romulus in spem futurae multitudinis semper nova loca muniebat. Nam prima moenia facile suffecerant [14] ad id, quod hominum tum in urbe erat. Cum in spem magis futurae multitudinis quam ad id, quod hominum tum erat, munirent, urbs crescebat appetendo alia atque alia loca munitionibus. Sic urbs magna facta est. Sed magnitudo urbis vana [15] erat, quia non satis hominum inerat. Tum Romulus asylum aperit [16], quod iam antea alii homines fecerant, qui urbem condiderant. In asylum omnes homines confugere [17] possunt, liberi, servi, nocentes [18], innocentes. Sic urbem condentes (ii qui urbem condebant) obscuram atque humilem [19] multitudinem conciebant [20]; conciendo obscuram atque humilem multitudinem urbs magna facta es; tum ementiebantur [21] prolem [22] sibi e terra natam esse. Hoc, inquit Livius, vetus consilium condentium urbes (eorum, qui urbes condunt) est. Hoc etiam Romulus fecit adiiciendae multitudinis causa (ut multitudinem adiiceret [23]). Locus, quem Romulus asylum aperuit, temporibus Livii inter duos lucos [24] saeptus [26] descendentibus erat. Eo [26] ex finitimis [27] populis omnis turba [28] avida [29] novarum rerum perfugit. Omnis turba eo perfugit sine discrimine [30], liber an servus esset. Id primum erat ad coeptam [31] magnitudinem roboris [32]. Mox [33] haud paenitebat [34] virium. Cum iam virium haud paeniteret, Romulus deinde viribus [35] consilium parat. Propterea Romulus centum senatores creavit. Cur centum? Sive quia is numerus satis erat, sive quia soli [36] centum erant, qui

---

1 herleiten. 2 Herold. 3 Staatsboten. 4 niedere Beamte. 5 Nachbarn. 6 der kurulische Stuhl. 7 vorgewebt, verbrämt, umrandet. 8 nicht. 9 es reut. 10 wählen. 11 abl. abs. 12 je ein. 13 erstreben. 14 sufficio genug sein. 15 leer, eitel. 16 eröffnen 17 Zuflucht nehmen. 18 schuldige. 19 niedrig. 20 zusammenholen. 21 erlügen. 22 Nachkommenschaft. 23 hinzufügen. 24 Hain. 25 eingezäunt. 26 dahin. 27 benachbart. 28 Schar. 29 gierig nach. 30 Unterschied. 31 angefangen. 32 Stärke. 33 bald. 34 haud paenitet „es reut nicht“ = es ist genug. 35 Dativ „den Kräften“. 36 alleinige, einzige.

senatores creari possent. Senatores ab honore patres appellati sunt, nam senatores a populo honorabantur sicut patres a filiis honorantur. Progenies [1] senatorum patricii appellati sunt.

Iam multum valebant [2] Romani vel, ut ait Livius, res Romana valida erat. Omnes cives, qui in urbe habitant, vocantur civitas. Civitas, cui eidem fines [3] sunt, qui nostrae civitati sunt, vocatur civitas fini-tĭma. Unicuique civitati plures civitates finitimae sunt; Germaniae finitimae sunt Francogallia, Helvetia, Austria, Russia, aliae. Etiam Romanis complures [4] civitates finitimae erant; sed civitas Romana quamlibet [5] civitatem finitimam vincere poterat; civitas Romana cuilibet finitimarum civitatum bello par [6] erat; adeo [7] res Romana iam erat valida. Sed quamdiu [8] res Romana adeo valida erit? Quamdiu duratura est [9] magnitudo Romanorum? Multi viri sunt Romae, sed mulieres [10] ibi non sunt. Itaque Romanis liberi non sunt, Romanis spes prolis [11] non est. Cum multi Romani mortui erunt, civitas non erit valida. Magnitudo civitatis durabit, quamdiu aetas [12] hominis durabit. Penuriā [13] mulierum magnitudo civitatis aetatem hominis duratura erat. Non licebat virgini ex alia civitate iuveni Romano nubere [14]. Nam inter diversas civitates conubium [15] non erat. Magnitudo aetatem hominis duratura erat, quippe quibus [16] nec domi spes prolis nec cum finitimus conubia essent. Romulus patres de hac re consuluit [17]. Ex consilio patrum Romulus legatos [18] circa vicinas [19] gentes misit, qui dicerent: „Socii esse volumus; facitote conubium nobiscum. Omnes res ex infimo [20] nascuntur. Sic etiam urbes ex infimo nascuntur. Dein [21] nonnullas urbes dii iuvant et sua (urbium) virtus. Hae urbes, quas sua virtus ac dii iuvant, magnas opes sibi faciunt et magnum nomen sibi faciunt. Origini [22] Romanae (hoc est: origini urbis Romae) et dii adfuerunt et virtus non deerit: Satis scimus origini Romanae deos adfuisse. Proinde [23] nolite gravari [24] homines [25] cum hominibus sanguinem et genus miscere." Haec legati dixerunt, qui societatem conubiumque novo populo [26] peterent [27]. Sed legatio nusquam [28] benigne [29] audita est. Nam civitates finitimae Romanos spernebant [30], quia Romulus asylum aperuerat [31] hominibus sceleratis [32]. Praeterea aliae civitates novam urbem magnam metuebant. „Hi homines moles [33] sunt; haec moles crescet; haec moles crescens nobis et posteris [34] nostris periculosa erit. Metuimus tantam in medio crescentem molem nobis [35] ac posteris nostris". Plerique [36] rogitabant (saepe rogabant [37]) legatos Romanos, ecquod [38] asylum feminis aperuissent. „Si feminis asylum aperietis, id demum [39] compar [40] conubium erit". Sic legati a plerisque dimissi sunt [41]; dimissi sunt a

---

1 Nachkommenschaft. 2 stark sein. 3 Grenze. 4 mehrere. 5 welche es beliebt, jede beliebige. 6 gleich, gewachsen. 7 so sehr. 8 wie lange. 9 dauern. 10 Weib. 11 proles Nachkommenschaft. 12 Lebensalter. 13 Mangel. 14 Schleier nehmen für jemand, d. h. ihn heiraten. 15 Recht zur Verheiratung. 16 als welchen, da ihnen ja. 17 um Rat fragen. 18 Gesandte. 19 benachbart. 20 das unterste, niedrigste. 21 darauf. 22 Entstehung. 23 daher. 24 sich weigern. 25 als Menschen. 26 für das neue Volk. 27 erbitten, fordern. 28 nirgend. 29 gütig. 30 verachten. 31 aperio (stark i, u, t) eröffnen. 32 verbrecherisch. 33 Masse. 34 Nachkommen. 35 für uns. 36 die meisten. 37 fragen. 38 ob irgend ein. 39 erst. 40 ebenmäßig. 41 fortschicken.

plerisque rogitantibus, ecquod feminis quoque asylum aperuissent, id enim demum compar conubium fore. Sic civitates responderunt; nam simul[1] spernebant, simul metuebant sibi et posteris suis tantam in medio crescentem molem.

Romana pubes[2] id aegre[3] passa est et haud dubie[4] res ad vim spectare coepit, cui Romulus tempus et locum aptum[5] dare voluit. Etiam Romulus responsa[6] civitatum aegre passus est animo. Sed Romulus hanc aegritudinem animi dissimulavit[7]. „Ludos[8]“, inquit, „faciam; tum omnes civitates finitimae venient“. Itaque ludos sollemnes[9] ex industria[10] parat Neptuno equestri; nam Neptunus non solum deus maris sed etiam deus equorum erat; saepe undae[11] cum equis comparantur. Hi ludi etiam postea celebrati[12] sunt. Romulus hos ludos „Consualia“ vocavit. Hoc nomine hi ludi etiam postea vocati sunt. Romani hoc spectaculum finitimis indicunt[13]. Nam Romulus iusserat hoc spectaculum finitimis indici. Concelebrant[12] hunc ludum magno apparatu, quanto apparatu tum sciebant aut poterant.

Titi Livi

ab urbe condita liber primus.

Praefatio.

IV.

1 Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis maximique
2 secundum deorum opes imperii principium. Vi compressa Vestalis
cum geminum partum edidisset, seu ita rata, seu quia deus auctor
culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat.
3 Sed nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia
vindicant; sacerdos vincta in custodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti iubet.

4 Forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus
stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis et posse
5 quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. Ita,
velut defuncti regis imperio, in proxima eluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est — Romularem vocatam ferunt — pueros exponunt.
6 Vastae tum in his locis solitudines erant. Tenet fama, cum fluitantem alveum, quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus, qui circa sunt, ad puerilem vagitum cursum flexisse; eam summissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regii pe-

---

1 zugleich. 2 junge Mannschaft. 3 mit Mühe, mit Unwillen. 4 dubius zweifelhaft, e Adverb. 5 passend. 6 um Antwort. 7 wegheucheln, verhehlen. 8 Spiele. 9 feierlich. 10 mit Fleiß, mit Absicht. 11 Welle. 12 feiern. 13 ankündigen.

coris invenerit — Faustulo fuisse nomen ferunt: ab eo ad stabula 7
Larentiae uxori educandos datos. Sunt qui Larentiam lupam inter
pastores vocatam putent; inde locum fabulae ac miraculo datum.

Ita geniti itaque educati, cum primum adolevit aetas, nec in 8
stabulis nec ad pecora segnes, venando peragrare saltus. Hinc ro- 9
bore corporibus animisque sumpto, iam non feras tantum subsistere,
sed in latrones praeda onustos impetus facere pastoribusque rapta
dividere et cum his crescente in dies grege iuvenum seria ac iocos
celebrare.

V.

Iam tum in Palatio monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt 1
et a Pallanteo, urbe Arcadica, Pallantium, dein Palatium montem
appellatum. Ibi Euandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante 2
tempestatibus tenuerit loca, sollemne adlatum ex Arcadia instituisse,
ut nudi iuvenes Lycaeum Pana venerantes per lusum atque lasci-
viam currerent, quem Romani deinde vocaverunt Inuum. Huic 3
deditis ludicro, cum sollemne notum esset, insidiatos ob iram praedae
amissae latrones, cum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse,
captum regi Amulio tradidisse ultro accusantes.

Crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis impetus 4
fieri; inde eos collecta iuvenum manu hostilem in modum praedas
agere. Sic Numitori ad supplicium Remus deditur.

Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud 5
se educare; nam et expositos regis infantes sciebat et tempus, quo
ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere; sed rem inmaturam
nisi aut per occasionem aut per necessitatem aperire noluerat. Ne-
cessitas prior venit; ita metu subactus Romulo rem aperit. Forte 6
et Numitori, cum in custodia Remum haberet audissetque geminos
esse fratres, comparando et aetatem eorum et ipsam minime servi-
lem indolem tetigerat animum memoria nepotum; sciscitandoque
eodem pervenit, ut haud procul esset, quin Remum agnosceret. Ita
undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo iuvenum — 7
nec enim erat ad vim apertam par —, sed aliis alio itinere iussis
certo tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit,
et a domo Numitoris alia comparata manu adiuvat Remus. Ita
regem obtruncant.

VI.

Numitor inter primum tumultum hostes invasisse urbem atque 1
adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio
armisque obtinendam avocasset, postquam iuvenes perpetrata caede

pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio scelera
in se fratris, originem nepotum, ut geniti ut educati, ut cogniti essent,
2 caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit. Iuvenes per
mediam contionem agmine ingressi cum avum regem salutassent,
secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperi-
umque regi efficit.
3 Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido
cepit in iis locis, ubi expositi ubique educati erant, urbis condendae.
Et supererat multitudo Albanorum Latinorumque; ad id pastores
quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent parvam Albam,
4 parvum Lavinium prae ea urbe, quae conderetur, fore. Intervenit
deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido, atque inde
foedum certamen, coortum a satis miti principio. Quoniam gemini
essent nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut dii, quorum
tutelae ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novae urbi daret,
qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum
ad inaugurandum templa capiunt.

VII.

1 Priori Remo augurium venisse fertur, sex vultures, iamque
nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrum-
que regem sua multitudo consalutaverat: tempore illi praecepto, at
2 hi numero avium regnum trahebant. Inde cum altercatione con-
gressi certamine irarum ad caedem vertuntur; ibi in turba ictus
Remus cecidit. Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos
transiluisse muros; inde ab irato Romulo, cum verbis quoque incre-
pitans adiecisset: „sic deinde, quicumque alius transiliet moenia
3 mea“, interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus; condita urbs
conditoris nomine appellata.
4 Palatium primum, in quo ipse erat educatus, muniit. Sacra
diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi, ut ab Euandro instituta erant,
facit. Herculem in ea loca Geryone interempto boves mira specie
abegisse memorant ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armen-
tum agens nando traiecerat, loco herbido, ut quiete et pabulo laeto
5 reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse. Ibi cum eum cibo
vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accola eius loci, nomine
Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine boum cum avertere eam
praedam vellet, quia, si agendo armentum in speluncam compulisset,
ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves,
6 eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit. Her-
cules ad primam auroram somno excitus cum gregem perlustrasset

oculis et partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam spe-
luncam, si forte eo vestigia ferrent. Quae ubi omnia foras versa
vidit nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex
loco infesto agere porro armentum occepit. Inde cum actae boves 7
quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita inclu-
sarum ex spelunca boum vox Herculem convertit. Quem cum va-
dentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clava
fidem pastorum nequiquam invocans morte occubuit.

Euander tum ea profugus ex Peloponneso auctoritate magis 8
quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo litterarum, rei
novae inter rudes artium homines, venerabilior divinitate credita
Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adven-
tum miratae eae gentes fuerant. Is tum Euander concursu pasto- 9
rum trepidantium circa advenam manifestae reum caedis excitus
postquam facinus facinorisque causam audivit, habitum formamque
viri aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens rogitat,
qui vir esset.

Ubi nomen patremque ac patriam accepit, „Jove nate, Her- 10
cules, salve, inquit; te mihi mater, veridica interpres deum, auctu-
rum caelestium numerum cecinit tibique aram hic dicatum iri, quam
opulentissima olim in terris gens maximam vocet tuoque ritu colat“.
Dextra Hercules data accipere se omen inpleturumque fata ara con- 11
dita ac dicata ait. Ibi tum primum bove eximia capta de grege 12
sacrum Herculi adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pi-
nariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant, factum.
Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus praesto essent iisque exta 13
apponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem. Inde
institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis sollemnium
vescerentur. Potitii ab Euandro edocti antistites saevi eius per mul- 14
tas aetates fuerunt, donec tradito servis publicis sollemni familiae
ministerio genus omne Potitiorum interiit. Haec tum sacra Romulus 15
una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum inmortalitatis virtute
partae, ad quam eum sua fata ducebant, fautor.

VIII.

Rebus divinis rite perpetratis vocataque ad concilium multi- 1
tudine, quae coalescere in populi unius corpus nulla re praeterquam
legibus poterat, iura dedit; quae ita sancta generi hominum agresti 2
fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum
cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim
sumptis fecit. Alii ab numero avium, quae augurio regnum porten- 3

derant, eum secutum numerum putant; me haud paenitet eorum sententiae esse, quibus et apparitores et hoc genus ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, et numerum quoque ipsum ductum placet et ita habuisse Etruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lictores dederint.

4 Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia adpetendo loca, cum in spem magis futurae multitudinis quam ad id, quod
5 tum hominum erat, munirent. Deinde, ne vana urbis magnitudo esset, adiciendae multitudinis causa vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem ementiebantur. Locum, qui nunc saeptus descen-
6 dentibus inter duos lucos est, asylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum perfugit, idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam virium haud paeniteret, sonsilium deinde
7 viribus parat. Centum erant senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant, qui creari patres possent. Patres certe ab honore, patriciique progenies eorum appellati.

IX.

1 Iam res Romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuria mulierum hominis aetatem duratura magnitudo erat, quippe quibus nec domi spes prolis nec cum
2 finitimis conubia essent. Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem conubiumque novo populo
3 peterent: urbes quoque, ut cetera, ex infimo nasci; dein, quas sua virtus ac dii iuvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere;
4 satis scire origini Romanae et deos adfuisse et non defuturam virtutem; proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem
5 ac genus miscere. Nusquam benigne legatio audita est; adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisque rogitantibus dimissi, ecquod feminis quoque asylum aperuissent; id enim demum compar conubium fore.

6 Aegre id Romana pubes passa, et haud dubie ad vim spectare res coepit. Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus aegritudinem animi dissimulans ludos ex industria parat Neptuno equestri
7 sollemnes; Consualia vocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet, quantoque apparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant, ut rem claram expectatamque facerent.

Berthold Otto's Lateinbriefe, 25 Briefe zur Einführung in den Bau der lateinischen Sprache und in die römische Literatur (Horaz, Ovid, Virgil, Livius, Cäsar), Berlin-Lichterfelde, Verlag des Hauslehrers, sollen das, was beim Erlernen der lateinischen Sprache an formaler Bildung zu gewinnen ist, solchen übermitteln, die noch keine fremde Sprache schulmäßig erlernt haben. Es ist darin also keiner der für Erlernung fremder Sprachen gewohnheitsmäßig in Betracht kommenden Begriffe vorausgesetzt, vielmehr werden alle in anregender Weise entwickelt. Die Einführung in die Literatur erfolgt mit überraschender Leichtigkeit. Die hier befolgte Methode hat namentlich in Volksschullehrerkreisen, aber auch sonst, begeisterte Anhängerschaft gefunden. — Jeder Brief kostet 50 Pf., das ganze Werk 12.50 Mk. Arbeitszeit zwei Jahre.

Berthold Otto's Lateinischer Selbstunterricht, Berlin-Lichterfelde, K. G. Th. Scheffer, 264 S. 4°, Preis 6 Mk., geb. 7.20 Mk., geben denselben Stoff für solche, die schon eine fremde Sprache schulmäßig erlernt haben, also die dabei üblichen grammatikalischen Begriffe schon beherrschen. Sie eignen sich besonders für Lehrerinnen und für ehemalige Oberrealschüler und führen in dieselben Schriftsteller ein wie die Lateinbriefe; den Abschluß bildet jedoch eine vollständige (lateinische) Vorbereitung auf Horaz' ars poetica. Der Stoff läßt sich in weniger als zwei Jahren, bei viel freier Zeit in einem Jahre bewältigen.

Bei beiden Werken handelt es sich nur um grammatikalisches Verständnis und Einführung in die Lektüre. Zur Bestehung eines Examens, bei dem die Künstelei des Übersetzens ins Lateinische verlangt wird, ist noch ein kurzer Nachunterricht nötig, den jeder Philolog, der die Lateinbriefe kennt, leicht erteilen kann.



Druck von
Otto Nuschke in Leipzig
Nostitzstrasse 81